

AQUÆ STILLATITIÆ  
SIMPLICES.

AQUA SEMINUM ANETHI  
SIMPLEX.

R. Seminum anethi libram unam.

AFFUNDATUR aquæ tantum ut cum destillatione elicitus fuerit congius unus, superfit quantum sufficiat ad evitandum empyreuma. Post macerationem debitam destilletur congius unus,

EODEM modo paratur aquæ stillatitiæ simplices congius unus ex

CINNAMOMI, MENTHÆ PIPERITIDIS  
fesquilibra,

FOLIORUM MENTHÆ SATIVÆ fesquilibra

PULEGII fesquilibra,

PULSATILLÆ NIGRICANTIS cum floribus libris duabus,

PIPERIS JAMAICENSIS felibra,

FLORUM ROSARUM pallidarum libris sex.

TRUGA

AQUÆ

Æ AQUÆ STILLATITIÆ  
SPIRITUOSÆ.

AQUA CARVI SPIRITUOSA.

R. Seminum carvi felibram,  
Spiritus vinosi tenuioris congium unum.

MACERA biduum in vase clauso; dein affun-  
datur aquæ quantum sufficiat ad evitandum em-  
pyreuma, et destillatione eliciatur congius u-  
nus.

EODEM modo paratur aquæ stillatitiæ spirituo-  
sa congius unus ex

CINNAMOMI felibra,  
FOLIORUM MENTHÆ PIPERITIDIS  
sesquilibra,  
NUCIS MOSCHATÆ bene contritæ unciis  
duabus,  
PIPERIS JAMAICENSIS felibra.

AQUA JUNIPERI COMPOSITA.

R. Baccarum juniperi bene contusarum libram  
unam,

Semi-

28 AQUÆ STILLATITIÆ, &c.

Seminum carvi,  
fœniculi dulcis, utriusque fescunciam,  
Spiritus vinosi tenuioris congium unum.

MACERA biduum, et addita aquæ quantum sufficiat ad evitandum empyreuma, destillatione eliciatur congius unus.

AQUA RAPHANI COMPOSITA.

R. Radicis raphani rusticani recentis libras tres.  
Spiritus vinosi rectificati libras quatuor.

DESTILLATIONE in calore aquæ bullientis elicantur librae quatuor, quibus adde  
Aqua piperis Jamaicensis simplicis libras octo.

SPI